

Cap. XXVIII. De Cibo, &c. 75

Vt si pauci ci-
bi quām vī-
tu.

Sitis causa.

Par. 4. tex. 12.

Labores mul-
ti noxi.

Tria ad vita
longitudinem
necessaria.
Lib. de longi-
tudine & tre-
nit. vita
Oleum sali
admixtum
tardius abfu-
mitur.

4. Met. 18.
Alex. 1. pro-
blem. 43.

rationem, tum magis quod ea etiam, priuā interpretationi non sit inutilis. Si utraris paucō cibo, concoquetur optimē, nihil aut penē erit excrementi, aut superflui, si ergo delassetis, calor accendetur, siccabitur corpus, atque humidum vtile, cum nullum aliud sit, vires resoluentur: non est ergo opus hac delassatione, quæ mala cūm sit, est etiam periculissima, similiter sitis corpus siccatur, non indigeret hac consumptione corpus moderatum: vbi delinquendum sit, minus malum est, atque periculum, in paulo pleniore, quām tenuiore victu. Accedamus ad tertium, qui proximus est rationi, de vi-
tus parcitate, iam à nobis conscriptæ superius. Ea sit cibi parcitas, quæ neque delas-
set hominem, scilicet, vt vires resoluant, ne-
que sitim generet: Fit enim sitis, aut accen-
sa bile, aut siccato corpore, cūm huiusmodi semper mala sint ex inedia si proueniant, sunt etiam pessima. Inedia ergo meta ea sit, vt non delasseris, vt non sitias. Sed rur-
sus audi illum, in eodem libro. Exercitatio sanitatis est vesci, citra saturitatem, non re-
fugere laborem. Græcè ἀρνούσθητος, ἀρνοίν
τρόφοις ἀρνίν πόνων. Vbi Galenus per
τέραν επονιτεῖται satis perperam. Neque enim hoc nomen ignorauit Hippocrates prima Aphorismorum cum dixit
εἰ τοῖς γυμνάσιοις αλιud ergo est labor,
αλιud exercitatio. Verbum ἀρνούσθητος signifi-
cat studium, seu potū custodiā, vt sit sensus custodia sanitatis, iniunctus parcitate, &
vt labore vtatur, non enim ne labore fui-
giat, sic est intelligendum, vt nunquam à la-
bore cesset, quod fieri non potest, vel vt nul-
lum refugiat laborem, cūm multi labores no-
xi sint, & lethiferi: velut fodere sub terra;
& in alueis stagnorum: igitur intelligendum est, vt etiam exerceatur. Cūm ergo parcitas
victus sit adeò necessaria, & qualis esse de-
beat, superius sit demonstratum: reliquum
est, vt ostendamus, cur & quomodo ad vitæ
longitudinem admodum faciat. Tria sunt
necessaria, vt humidum optimum restaurer-
tur: humidum autem optimum dico, quod
pinguissimum est, densum, & purum. Pinguissimum dico, quod est calidissimum, hoc
enim causa est longitudinis vitæ, vt Aristote-
les author est. At huiusmodi si purum sit, mi-
nimè poterit homo ægrotare. Vnde enim
morbi causa? Si autem densum, tardius
multò consumetur, inditio est oleum sali ad-
mixtum, quod multò tardius absuntur,
quanquam sit impurius: quantò magis ergo
duraret, si purum esset? Sed & arma quæ con-
tundendo, & purgato ferro sunt, & resi-
stunt iustibus igneorum tormentorum, vt ap-
pareat maiorem vim esse ex densitate, quām
quadruplam. Ex paucō ergo cibo, omnia hæc
fieri necesse est: longo enim tempore suba-
ctus, incalcescit concoquendo, hoc enim Ari-
stoteles nos docuit. Idem purius efficitur, non
solum concocta parte, quæ cruda supererat,
sed etiam secreto quod inutile est: concessum
enim est etiam à philosophis, secessi, & sepa-
rati viuum à mortuo, & illud reici. Est au-
tem mortuum omne excrementum; & im-
purum, & crudum cūm ad concoctum
comparatur: condensat autem calor hu-

midum, cūm diutiūs concoquit, non solum
resolutis tenuioribus partibus, sed melius
permistis: aqua enim & cinis, vt diutiūs mi-
sta manent, ed melius consistunt & graui-
ra fūnt; quantò magis si naturali calore par-
tes ipsæ permisceantur. Concoquitur ergo me-
lius quod paucum est, quām quod multū, nō
vnā ob causā, sed quoniā primū melius ap-
plicatur & minus resistit: omne enim patiens
dissimile ei quid agit, repugnat: cūm ergo
minus repugnat magis obsequitur, atque im-
mutatur. Deinde ob moram cogitur enim ex
hoc partio, restaurare, quod facturus esset ex
magno. Demum quia cūm paucum est, sepa-
ratur quod intimum est: id autem concoctum
magis, quoniā substantia est membra, seu similis partis in instrumento, 'veluti ca-
ro, & germen. Neque enim quenquam latet,
in horum vtroque esse humidum multiplex,
in vena humor scilicet, qui & si sanguis pu-
rus sit, crudus tamen est. Et quod iam effu-
sum in cavitatem partis, idque magis concoctum,
& quod in fine vena est, & iam inci-
pit mutari, & hoc concoctum magis est, &
quod iam applicatum est parti, & illud ad-
huc concoctus: & quod agglutinatum, atque
id etiam concoctum priore magis, inde verò
quod assimilatum est. Idque iam in primo
ordine est optimi alimenti, atque concocti:
& quod iam permixtum est, vnum factum
cum humido antiquo membra, idque perfe-
ctissimum, & absolutissimum, hoc quidem
non separatur, & agrè etiam præcedens
primū in alimentis non propriis, vt li-
gnis, & non consuetis, vt carne Elefantis,
vel cameli: Vel si non sit subactum mul-
ta aqua, & igne: vel si non diu, & op-
timè mansum dentibus: vel si non exactè
concoctum in ventriculo, vel si non per-
fectè immutatum in iecore. Deinū nisi
calor cordis, & iecoris, ac particulae,
quæ nutritur robustus fuerit, ac densus,
moraque acceſſerit, & moderatum sit,
quod debat immutari, quam ob causam,
neque ex oleribus fieri potest restauratio,
quoniā chylum densum efficere nequeunt;
neque ex multa carnē, quia in iecore per-
fectè sanguis absolui non potest. Opti-
mus ergo cibus, est modica caro, vitelli
ouorum vnu, aut duo ad summum,
panis & fructus, è nucum genere pistacia,
amygdalæ, pineæ, auellanæ, nuces etiam
ponticæ, glandes præcociotum, seu armeni
mali, persicorum recentes, parum amaræ,
tamen oliuæ his sunt multò inferiores, lac
optimum est, sed non adeò adultis: lauda-
rem quod pinguissimum est, atque dulcis-
simum igne detractum, quod Veneti appellat
caput lactis. Longè enim melius nutrit,
quippe pingue magis, & dulcius: & ne-
que in eo serosum quicquam, parumque
admodum caseoli, quod fit, vt facilitus subi-
gatur, & minus obstruat: quod maximè de-
trimentum veremur in lacte. Ergo hoc ip-
sum optimum est, velut etiam in fructibus,
quod sint exactissime contriti, vix enim
aliter, à dentibus subigi possunt, cum fac-
charoque cocti, ita enim optimum præstant
alimentum, facileque concoquuntur, & su-
uissimi sunt.

Omne patiens
dissimile ei
quod agit, re-
pugnat.
Nona alimen-
ti ordinem.

Olera restau-
rare non pos-
sunt.
Optimus ci-
bus qui.

Caput lactis.